



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Duces Venetum monachi, sed coactè. cap. XXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

Duces Venetum Monachi, sed non Sancti.

Cap. XXXII.

Vitalis Candianus, Dux



VITALIS Candianus, Petri Ducis filius, cum anno magistratus sui 1. mense 2. in grauem morbum incidisset, Reipub. consulens, Ducatu se abdicauit, ac in Diui Hilarij monasterio delatus, sub humili Religionis veste, quod residuum uitæ super- fuit, in Dei seruitio egit, ubi tandem e uita dis-

sit quarto ab eius professione die, anno Christi 980. & eò locis pultus est; Visitur que in palatio Ducali sic loquens:

Ciues discordes sedo, morior monachus.
Dandulus, lib. 8. c. 16. parte 1. & 3. Marcellus ibidem. Monachia eccles. lib. 25. c. 4. 5. & alij.

Aurius Mastropetrus, Dux.

AURIUS, siue Orius Mastropetrus, Serenissimæ Reipub. Venetæ Dux 40. ac primus omnium à 40. uicis electus: bello & toga clarissimus; cum Reipub. Christianamque Religionem in Syria fortiter defendisset, cælesti afflatu tactus, Principatus sui anno 14. Dominus incarnationis, 1192. ad S. Crucis de Luprio cænobium se transferens, monachum induit, in quo bonis operibus plenus diem obit, ibique sepultus est. Et in Ducali Palatio sic depictus cernitur:

Ducatum desero, Monachus fio, moriorque.

Dandulus, lib. 10. c. 1. parte 1. & 40. Marcellus ubi supra. Monachia eccles. lib. 25. c. 8. §. 1. & alij.

Duces Venetum Monachi, sed coactè. Cap. XXXIII.

Ioannes Participatus Dux.



IOANNES Participatus, Iustiniani Ducis filius, Iogeli item Ducis frater, à Mastalitia familia, qui tunc Venetiis erat nobilissima, comprehensus, & summæ dignitatis insignibus exutus, barbatusque & capillos detonsus, octauo sui Magistratus anno, Christi 836. Gradum relegatus est: ubi monachus habitu indutus, ibidem reliquum uitæ peregit. In Palatio Serenissimæ

simi Ducis, in Aula Magni Consilii depictus, hoc elegiū præ se fert. Sub me S. Marci ecclesia conditur, ibique corpus deponitur: Primi certius ordinatur. S. Iuliani ecclesia erigitur: tandem Clericus diē clausi. *Andreas Dandulus, in hist. Veneta, lib. 8. c. 3. Petrus Marcellus in vitis Ducum Venetorum. Frater Ioannes de Pineda Franciscoanus in monarchia ecclesiastica, lib. 2. c. 3. s. 3. & alij rerum Venetarum scriptores.*

Otho Vrseolus, Dux.

Otho Vrseolus, Petri Ducis filius, ab expeditione Dalmatica reuersus, Dominici Flabanici coniuratione, princeps optimus, exceptus, ab rasa barba monachum profiteri cogitur, anno Christi 1024. Ducatus sui 15. Honorari tamē meruit, pro meritis, in Aula Magni Consilii hoc distichico:

Marte gradum redimens, quem in Patriarcha tenebat,

Vibis Aquileia, demum de sede depellor.

Petrus Barbolanus, seu Centranicus, Dux.

Petrus Barbolanus, seu Centranicus, Vrsi Patriarchæ Graden- sis consilio captus a populo, anno Christi 1034 administrationis sue 10. eandem, cum Othone, uitæ normam amplecti iubetur. Et in palatio Ducali depictus sic loquitur:

Præflore meo priuato sceptrâ gubernor,

Dandulus lib. 9. c. 3. parte 1. & 3. Marcellus, ibidem vt supra. Monarchia eccles. lib. 2. c. 5. s. 3. Blondus, lib. 5. decadis 2. & alij.

Duces Venetum Monachi, sed habitu tantum, non autem professione. Cap. XXXIII.

Tribunus Memus, Dux.



MEMVS Memus, taciturnitatis maximæ, ac solertia singularis Princeps qui Ecclesiam S. Georgij maioris, olim ex opposito Ducalis Palatii a Ba- doariis constructam, deuoto uiro Ioanni Mauro ceno nobili Veneto ac monacho Sancti Benedicti, ex Aquitania reuertenti, (Petrum enim Vrseolum sequutus fuerat) cum ei coherentibus aquis & paludibus, per solenne priuilegium Ducale, manu sua, & multorum nobilium, ac popularium humaniter subscriptum concessisset, anno Domini 1321, die 20. mensis Decembris, in Riua alto, ac ibidem cœnobium quod